Solenne compendium de vicio proprietatis editum a venerabili domino Job utriusque iuris professore et baccalario sacre theologie egregii studii parisiensis ventilatumque in sanctissima synodo constanciensi

In nomine domini amen. Pro salute eorum
qui vicia fugere cupiunt et ad viam veri-
tatis fuerint informati. Et ad ostendendum eis
quod monacho nec proprium licet habere nec peculium
excepta causa administrationis. Facturusque sum duo.
Primo adducam textum iuris canonici. 2o regu-
lam sancti Benedicti. Et ex utraque parte ostendam
quam dampnosum sit quod licere putabat. Ha-
bemus enim extra de statu monachorum. Primo in
hec verba in capitulo quod sic incipit Monachi etc.
Nec peculium habeat nisi ei pro iniuncta admini-
stratione ab abbate permissum fuerit. A communi-
one removeatur altaris. Et qui in extremis
cum peculio repertus fuerit et digne non penitu-
erit nec oblatio fiat pro eo nec inter fratres ac- illa
cipiat sepulturam. Abbas autem qui diligen-
ter non curaverit officii sui se noverit incurrisse
iacturam. Hec papa Extra eodem. Hic apparet quod
abbas nulli monacho potest aliquid permittere
peculii nisi officiali ratione officii sui dispensan-
di. Et ideo fallitur qui dicit quod abbas potest per-
mittere quibus voluerit. Item fallitur qui dicit quod
quidquid abbas permiserit hoc non sit proprium. Quia
nisi (?) et male permittere possit contrarium de
facto quamvis non de iure utique papa non prohi-
beret. Et si dicunt quod hic loquitur papa contra
peculium et non contra proprium tamen gaudent (?) scilicet quod
se ipsos quia se in se ipsos eos. Si non potest quod minus
est ergo non potest hoc quod magis est. Si tamen volue-
rit quod minus peculium quam proprium sit. Quod si-